



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XL. De fame & sterilitate annorum, & in his de ipsius operibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

nere ad honorem & vtilitatem Ecclesiæ, ad consolationem egenorum & pauperum Christi, in subleuationem viduarum & orphanorum facere sicut facis, ad consummandum cœpta tua in operibus bonis; & vt breuius dicam, facere quod facis, operari quod operaris pro æterna vita & centuplo. Quis enim monachorum tantæ perfectionis est, vt eius merita vel paupertatem tuis diuitiis adæquemus?

*Stadium eleemosynæ & hospitalitatis.*

Igitur post hæc tempora Episcopus Babebergenfis totus in eleemosynas, totus in hospitalitates pauperum, & peregrinorum versus est. Quidquid frumentorum victualium, quidquid auri vel argenti vsquam vel vnquam reperiri potuit, peregentium manus in thesauros cæli transmissum est.

*De fame & sterilitate annorum, & in his de ipsius Operibus.*

CAPVT XL.

*Thimon. Vita & dit. Carnif. lib. 1. c. 20.*

*Pauperum strages ex fame. Cura sepeliendi mortuos.*

**E**O tempore Orientalis Francia sterilitate annorum magna panis inopiâ laborabat. Ipsi namque opulentiore famis etiam extrema necessitate squalebant; inopes & mendici passim per plateas & agros mortui iacebant; ita vt præ multitudine in cœmeteriis humari non possent. Sed vir Dei misericordiæ plenus, memor Tobix, modò per se, modò per alios sepeliendi officium compleuit. Vbi autem cadaverum multitudo sepulturam ordinatam fieri non sinebat, ingentes fossas preparauit, & centenos ac millenos simul quandoque terra mandabat, precio conducens homines, qui talibus officiis iugiter infernirent. Ipse autem per se omnia lustrabat, vicos, plateas ac domos pupillorum. Vespere, mane & meridie, nec non etiam nocturno tempore, visitando ægrotos, reficiendo famelicos, omniq; ingenio benè operandi vias inquirebat.

De